



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Prima Duo Sæcula Complectens

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 13322648

§. 39. Probatur ex Prophetiis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66002)

Sæculum II.
A. C. 150.

§. XXXIX.

Argumenta ex Prophetiis.

Exinde veritatem Religionis Catholicæ ex Prophetiis, quas Judæi æque, ac Christiani legebant, confirmat. Qui homines Prophetæ fuerint, & memoratu dignissima eorum vaticinia, Jesum Christum tangentia, refert. Ut vero earum prædictionum, quæ Domini Passionem prænuntiabant, certissimum eventum demonstret, discere hæc potestis, inquit: ex actis, sub Pontio Pilato conscriptis. Ad eadem acta lectores remittit, ut miraculorum Christi veritatem comprobet, cæcos nimirum, & leprosos sanatos, mortuos ad vitam resuscitados. Cum autem S. Justinus timeret, ne rerum futurarum præscientia divina, quæ ex Prophetiis apparet, a Gentilibus fatum esse crederetur, errorem circa fatum refutat, & liberum hominis arbitrium ex his demonstrat, quod quædam actiones sint vituperio, aliæ laude dignæ; quod sæpe homines mores suos in melius, aut in pejus mutasse dicantur; quod sublata libertate nec vitio, nec virtuti locus foret; itaque bonum, & malum in arbitraria hominum opinione consisteret; additque, id affirmari, cum rectæ rationi adversetur, sine summa impietate, & summa injustitia non posse. Ait deinde; Dæmonum

p. 72.

p. 74.

p. 8.

p. 82.

num instinctu latam fuisse pœnam mortis in eos, qui libros Hyfaspis, Sybillarum, aut Prophetarum legerent; *qua tamen lege*, inquit: *ab eorum lectione, & expositione nos deterreari non patimur.* Nul- lum hujus Hyfaspis scriptum nobis est; sed nomen ejus Persam fuisse indicat; versus autem, qui Sybillarum nomine super- sunt, & tunc temporis pro genuinis habebantur, sunt partus supposititius. S. Justinus tempus, quo hæc scripserit, indicat, dum dicit, Jesum Christum sub Cyrenio natum fuisse ante centum, & quinquaginta annos. Ait etiam ante Christi Nativitatem Christianos fuisse, eo quod Jesus Christus sit Verbum Dei, & summa Ratio, de qua totum genus hu- manum participat; eosque qui secundum lumen rationis vixerunt, esse Christianos, quibus Socratem accenset, putans eum in omnibus rectam rationem fuisse secutum; quod tamen veritati non invenitur con- sentaneum.

Postquam illustriora Prophetarum va- ticinia de gemino Jesu Christi adventu, Jerosolymæ excidio, & Gentilium voca- tione retulisset, sic pergit: *Tot, tantaque, quæ sub oculis omnium sunt, sufficere, ut reor, debent, ad fidem Religioni Christia- norum adstruendam prudentibus, iisque, qui sincere veritatem amant, & quibus aut mentis levitas, aut pravi affectus judicandi facul-*

Sæculum II.
A. C. 150.

p. 83.

Sæculum II.
A. C. 150.

p. 92.

facultatem non abstulerunt. Illi vero, qui fabulas Poetarum juventuti vestrae discendas tradunt, quæro, quibus argumentis eas probent? dum nos easdem fabulas in Generis humani perniciem ope Dæmonum fuisse excogitatas demonstramus. Qui Poetarum figmenta docebant, erant Grammatici, unicum ferme juventutis Romanæ studium. Tum Gentilium Philosophos multa dogmata ex Prophetis, sicut speciatim Platonem ex Moysæ hausisse asserit, & hæc subjungit: Inter nos Christianos veritates ad Religionem spectantes docere possunt etiam illi, qui litteras non noverunt, sermone quidem rudes, & barbari, at in Spiritu fideles, & sapientes.

§. XL.

Gentilium Crimina tolerata.

p. 68.

Inferius S. Justinus conqueritur, solam Christianorum Religionem infestari, dum interim omnium sectarum errores, & superstitiones tolerarentur. Sunt, inquit: qui arbores, alii, qui fluvios, glirres, catos, crocodilos, & multas Bestiarum species adorant; sed nec Imperii Romani subditi omnes etiam eosdem Deos colunt; in alio loco, alii sunt Dii; ita ut vos ipsi, inter vosmetipsos collati, impietatis in Deorum quemquam argui debeat. Quæ igitur fronte Christianis obicitis, quod Deos vestros non adoremus, nec mortuis libatio-